

M^{mo} R^{mo} D^{no} Cardinali
N. et R.

Pro

Oratore Regis Catholici

In primo Memoriali quod dedi B. V. ex parte Catholica Maiestatis super causa Immaculatae Conceptionis Beatae Virginis Mariae, generaliter exposui magna scandala quae in suis Regnis quotidie oriuntur inter Catholicos Ecclesiae filios, ex eo quod tenentes opinionem affirmatiuam, illam ubique persuadere conantur, et maiora quae praevidentur futura, nisi efficax adhibeatur remedium; quorum scandalorum veram notitiam per authenticas scripturas obtuli, ad quas examinandas, et alia omnia quae in hac materia necessitas postulauerit, suppliciter oravi, ut B. V. personas graues, doctas, et indifferentes assignare dignaretur ut sic cognita infirmitate animarum medicina salutaris eis applicari possit, prout B. V. melius iudicauerit expedire. Nunc autem quia intellexi quod pars aduersa effectum huius tam iusta petitionis impedire nititur, affirmans praedicta scandala, uel non reperiri, uel si aliqua reperiuntur, esse passiuam et non actiuam, accepta et non data pusillorum, et non Sapientium, cum quo animum clementissimum, et iustissimum B. V. retardare intendunt; Ideo necessarium duxi huiusmodi ^{obsecratione} ~~salutaria~~ satisfacere et Veritatem scandalorum demonstrando, et necessitatem, et obligationem occurrendi illis ex scriptura sacra et S. P. P. doctrina breuiter ostendendo.

Et in primis quod in Regnis sua Maiestatis Catholica praedicta scandala reperiantur non solum passiuam sed etiam actiuam, non aliter probari potest quam scripturis et publicis instrumentis, quae iam semel obtuli, et iterum offero examinanda, dum B. V. placuerit praedictas personas assignare quae nos audiant et quod inuenerint referant; Nec enim magna petimus, quando audiri desideramus, nec negari debet auditus quibus Paternalis prestatur affectus; audiamur Nos, audiantur et contrarij, ut auditis partibus aequaliter quod iustam fuerit ualeat decerni, affirmamus nos esse scandala, ipsi negant; probet unusquisque quod proponit, dum probationi aperiatur aditus, et ^{ueritate} ~~negationem~~ ~~scandala non detur aueniunt~~. Nec enim Iustitiam praesumere censendus est qui iudicium contemnit nec Veritatem qui examen aufugit.

Quod autem praedicta scandala euitari debeant etiam si sint passiuam et pusillorum (quod in casu nostro negamus) adeo expressum est in sacra Scriptura et S. P. P. doctrina reperitur, ut nesciam qualiter ab hominibus doctis in dubium reuocetur. Exemplum unum Christi Dni pro mille sufficiat quando ab eo tributum fuit postulatum, ut refert S. Mattheus 17. c. qui conuersus ad Petrum dixit quid tibi uidetur Simon? Reges terrae a quibus accipiunt tributum uel censum a filiis suis, an ab alienis? et ille dixit ab alienis, dixit illi Jesus, ergo liberi sunt filij; ut autem non scandalizemus eos Vade et da eis pro me et te, Nunquid Scandalum a Phariseis sumendum dum Spiritus Dni non solueret tributum, quod non debebat, non erat scandalum passiuum, immo et Pharisaicum, quis dubitat? et nihilominus docuit diuina Maiestas illud omnino euitandum, super quem locum S. Grego. hom. 7. in Euang. ait Ecce Magister Veritatis, ne in quorundam cordibus scandalum gigneretur quod non debuit tributum dedit, ex qua re nobis considerandum est, quia in quantum sine peccato possumus vitare proximorum scandalum debemus, Haec Grego. Quomodo ergo audebit Christianus Theologus affirmare, Scandalum passiuum sustineri posse, et vitandum non esse.

Exemplum reliquit nobis Apostolus non minus expressum qui 1. Corinth. 8. sic ait Qua propter si esca scandalizat fratrem meum non manducabo carnes in aeternum ne fratrem meum scandalizem. Licet utique erat Paulo carnem illam manducare suo iure utebatur in illo esu carniuum qui per Legem quam ipse profitebatur et omnibus alijs tamquam Veram et unicam ad animarum salutem praedicabat erat permissus, et sic scandalum ex tali manducatione (sibi licita), sumendum non actiuum et ab ipso datum, sed mere passiuum et ab alijs acceptum fuisset et tamen ipsum vitandum esse docuit etiam si per totam vitam ab illa actione (ex se licita) abtineret.

Unde egregie Chrysost. super praedicta Verba Apostoli sic inuehitur, Paulus non disputat more,

nostro, non enim dicit quare sunt tam infirmi, quare tam stupidi, quare affectiones illas ad
ea de causa ipsis potissimum parcat quia ob rationis penuriam ita se habent, et ita infirmi sunt
qualem excusationem habet qui scandalizatur in comedente carnem et Vinum bibente, an non
nobis Deus ipse permisit? Veruntamen si in his aliquis scandalizatur abstinere Paulus, Num
carnem comedam (inquit) ne scandalizem fratrem et non dixit, sicut nos subijciendus ne ego sum
sapientia, num quia alicui simpliciori uideatur esse scandalum. Ego ne dignum supplicium. Quam
solum expectauit proximi scilicet salutem, et uitae eminentiam; non enim dixit semel aut bis, sed
tanto tempore, sed in aeternum (ait) non comedam si scandalizatur alius, haecenus Chrysost. (inquit)
faciet S. August. in glossa ordin. citatus qui super illa Verba antecedentia Pauli scilicet et per
mus in tua scientia frater propter quem Christus mortuus est, sic ait. nouit (inquit) Deus cor
frater tuus non nouit cor tuum Si infirmus es, caue maiorem egritudinem, si firmus es, cura fratris infirmo
quid facis de conscientia infirmi quam percutis, quid facis de pretio si contempnis quod emptum est
emptum est peribit (inquit) infirmus in tua scientia quam te dicis habere, et ne contempnas infirmo
quem Christus mortuus est Haec Aug. Nec silentio praeteream alia Verba Chrysost. in eadem glossa
ad nostrum propositum maxime conducentia Etenim (inquit) Ultima amentia est quae pro praeterea
et talia ut eorum gratia mortem obire non recusauerit ita nos despiciatissima arbitri, ut ab eis
non abstineamus. Haec autem non ad illos tantum, sed et ad nos tempus esset ut dicerentur qui
tem despiciamus, et illa Sathanae Verba proferimus: Dicere enim quid mihi curandum est si ille
et ille perit? Crudelitatis illius et inhumanitatis est Haec Chrysost. Ex quibus manifeste conuincitur
etiam passiuam sub praeccepti obligatione esse uitanda.

Nec ab ista obligatione possunt excusari qui opinionem affirmatiuam docent, praedicant, et persuadent
qui ex tali affirmatione scandalizatur, dicentes se uti iure suo, et licentia sibi a Summis Pontificibus
cessa. Non inquam hoc sufficit, si quidem etiam Paulus iure suo utebatur, dum carnes sibi licitas
et Christus Dominus dum tributum indebitum non solueret, adhuc tamen uterque ab eo quod sibi licitum
nuit, ne fratrem suum infirmum scandalizaret.

Nec minus excusare illos potest dicere quod ipsi docent, uel affirmant Veritatem quae secundum Deum
scandalo passiuo praeferrere debet dum ait, Si autem de Veritate scandalum sumitur, utilius permitti
scandalum quam Veritas relinquatur, quod probat exemplo Christi Domini qui discipulis asserentibus
dandalizari de doctrina quam docebat, respondit sinite illos ceci sunt et duces caecorum. Non inquam
satio debet admitti, tum quia illud quod est sub opinione non est Verum, sed dubium et incertum
tum est in Theologia et S. Greg. loquitur ibi de Veritate certa et infallibili qualis est Veritas
gelica quam Christus Dominus docebat, tum etiam quia bene possunt sine peccato dicti affirmantes tacere
enim Lex obligat illos ad dicendum Beatam Virginem habuisse peccatum originale, et inquam
possumus (inquit Greg.) Vitare proximorum scandalum debemus.

3^m testimonium sit eisdem Apostoli ad Rom. 14. dicentis bonum est non manducare carnem et
Ad Rom. 14. Vinum nec in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur, tu fidem habes per
habe coram Deo, In quem locum S. Thomas sic prosequitur. fidem habes apud te metipsum per
S. Tho. in Epist. ad Rom. licitum esse his cibis uti bona quidem et laudabilis est fides ista sed habe illam in occulto
talis fides placet Eccles. 1. beneplacitum est Deo fides et mansuetudo, quasi dicat non oportet
illam manifestes per operis executionem Vbi hoc fit cum scandalo proximorum Haec S. Thomas
ab eo quod secundum fidem possumus dicere, sentire, et facere oportet propter scandalum abstinere
uolunt praedicti affirmantes id quod tantum est sub opinione, cum maximo proximorum scandalo
persuadere sibi licitum esse Praecipue cum ipsorum scandala non passiuam et respectu unius
fratris sed actiuam et respectu innumerorum fuerint.

Alia plura et Sacrae Scripturae et SS. PP. et Doctorum Theologorum testimonia possem adducere
fastidium generare non timerem, dum ad probandum rem in Scholis certam, et indubitatam plures



accumularem, quando predicta sufficiunt ad convincendum, quam necessarium sit scandalis illorum Regnorum, per efficacium remedium occurrere, ne pereant infirmi in illa scientia, quam predicti affirmantes profitentur et publicare non desinunt, ex quorum affirmatione et persuasione tot ac tanti rumores, divisiones, et tumultus cum magno animarum periculo, et illorum Regnorum detrimento, quotidie oriuntur, sicut in litteris apostolicis super hoc negotium toties expeditis continetur.

Tibi B. me Pater ex supremi pastoralis officij munere incumbit tantis cladi remedium imponere, Caput et Unicum Ecclesiae membris influe; Vicarius Xpi, et Successor Petri, illis pro quibus Xpius mortuus est succurrens, Medicus es (et non est alius prater te) spiritualibus medere languoribus; quos tibi dilectus et obedientissimus filius Rex noster Philippus repraesentat, cuius praeces continue maxime in re gravissima ad omnia sua Regna concernent nec contemnenda sunt, quando iusta petit, nec differenda quando periculum imminet?

91

sed dicendum est quod si scandalum ex infirmitate vel ignorantia proveniat eorum qui propter hoc scandalizantur ad vitandum hoc scandalum debet homo a licitis abstinere si non sunt necessaria: hoc enim est scandalum fusi loquum quod Dominus vitare iubet mathei 18. Videte ne contemnatis unum ex his pusillissimis et paulo inferius ait. si enim...

